

finum Gra. 45. Min. 14. exibunt 16110.
 4182 cuius arcus est Gra. 15. Min. 34. nam
 ei respondent 1601. proximae minor eo quod
 per diuisionem prouenit vides quantam fac-
 litate abreviate, sunt operationes tedium
 admodum almagesti, Idem & exquisita fac-
 cies per tabulam in qua supponitur sinus
 totus 100000. partium: vnum enim gradus
 diuiditur in 1667. ferd partes cum igitur di-
 uiseris 216000. tercia quae continet vnum
 gradus exibunt secum. 2. Ter. 9. fere. Hic
 igitur modus magnam adducit facilitatem
 sine errore sensibili, & potes deducere hanc
 tabulam ex tabula Ptolomai, & est ut du-
 cas in tabula monte regij dimidium corde
 arcus Ptolomai, in 1000. hoc modo exem-
 plum sit arcus 10. partium cuius corda est
 Gra. 10. Min. 27. secundo. 32. duc in 1000.
 fiunt pro dimidio 5000. 13000. 46000. di-
 uide 46000. per 60. exeunt 766. adde ad
 13000. fiunt 13766. diuide per 60. & quod
 exit est 229. addenda ad 5000. fit igitur si-
 nus 5. graduum 5229. ut etiam à monte
 regio.

Patet igitur qualiter ex additione trium
 annulationum inducta est maxima facilitas
 in operationibus, aut ex conuersione diuer-
 sarum naturarum ad vnam, & eandem fra-
 ctionem.

¹² Vlvs est etiam alio facilitatis genere ut in
 tabula ccelis mediationum generali, ac
 declinationum generali, & fecunda, vt nu-
 meros ita disposuerit veluti 100000. parti-
 bus constet sinus totus cum igitur in finum
 tabulae 60000. partium aliquem ex numeris
 illarum tabularum deduxeris, diuiserisque
 per finum totum: quod exit est in ratione
 sinus partium 60000. cumque diuidere per
 100000. non sit nisi abiicere quinque lit-
 teras à manu dextra, quae si 50000. excesser-
 int vniuersaliter numero residuo adiicitur, liquet
 igitur hoc ingenio diuisionem per finum to-
 tum in abiectione tantum quinque littera-
 rum commutasse: memineris tamen fœcun-
 dam tabulam alio fuisse ingenio exarata, in
 tabula etiam cœli mediationum reflexio-
 nem arcuum ex portione declinationis ad-
 numerum multiplicandum obseruauit, de
 quibus non est presentis negotij: illud so-
 lum sufficit in omni diuisione numerorum,
 tot fore litteras à dextra abiicendas, quot
 fuerint nullitates in diuisore: vt si per 30000.
 diuiserimus quatuor litteras à dextra proii-
 ciemus, reliquumque diuidemus per 3.
 hoc modo.

Cum igitur diuisor fuerit ex vnitate vt.
 1000. vel 10000. vel 100000. sufficiet
 tot abiecisse litteras quot sunt in diuisore
 vnitates, reliquumque erit numerus di-
 uisus & hæc fuit ratio monte regij.

$$\begin{array}{r}
 742598 | 364 \\
 3000 | 2364 \\
 \hline
 247532 | 3000
 \end{array}$$

CAPUT XXXIX.

*De Scientia multiplicationis per memo-
 riam.*

ET sunt quidam qui volunt multiplicare ¹
 numeros memoriae & constat hoc in tri-
 bus regulis. Cum duxeris terminum me-
 dium inter duos numeros in se & differen-
 tiat in se: & deduxeris eam à producto
 primo, fiet multiplicatio numerorum, ex
 quinta secundi elementorum, veluti volo
 deducere 27. in 33. iungo fiunt 60. me-
 dium 30. ductum in se fit 900. differentia
 30. à 27. est 3. in se ducta facit 9. deduco
 9. ex 900. fit 891. multiplicatio 27. in 33.

Cum duxeris numerum in partem fiet ²
 aggregatum æquale ductui totius in totum,
 veluti volo ducere 27. in 63. duco 27. in
 6. fit 162. duco in 3. fit 81. ad 1620. fi-
 unt 1701. productum 27. in 63. deducitur
 ex tercia secundi Euclidis.

Cum duxeris totum, & diminutum ³
 in diminutum, & aggregaueris, deinde
 demperis quod prouenit ex diminutis in
 addita, per crucem: habebis productum,
 veluti 37. in 49. totum de 37. est 40.d.
 49. est 50. duco fiunt 2000. diminutum de
 37. ad 40. est 3. de 49. est 1. ad 50. due-
 inuicem fiunt 3. addo ad 2000. fiunt 2003.
 duco 1. in 40. & sunt 40. & 3. diminu-
 tum vnius in 50. additum alterius, fiunt
 150. addo 40. fiunt 190. detraho ex 2003.
 remanent 2813. Et similiter cum duxeris
 totum, in totum & detractum, remane-
 bit residuum pro multiplicatione: volo du-
 cere 35. in 79. duco in 80. fiunt 2800.
 daco 35. in 1. quo deficit 79. ab 80. fit
 35. detraho ex 2800. fiunt 2765. pro pro-
 ducto.

Liquet autem producta denariorum in de-
 nariorum esse centenariorum numerum, vt 30.
 in 70. fiunt 21. cétinaria, & cétena in centena
 productum est numerus miriadum, vt 700.
 in 8000. fiunt 56. miriades, videlicet
 560000. & numerus in denarios productum
 innumerus denariorum, veluti 17. in 70.
 fiunt 119. denarij, videlicet 1190. & nu-
 merus in centena producit eodem modo
 numerum centenorum. veluti 17. in 500.
 producit 85. centena, videlicet 8500. &
 denarij centena producunt milliaria, veluti
 70. in 800. producit 56. quæ sunt millia-
 ria: videlicet 56000. ultra autem miriades
 memoriter laborare laboriosum est eadem
 tamen ratione in infinitum procedimus.

CAPUT XL.

*De cognitione iduum, Kalendarum, No-
 narum, Festorum, Mobilium, Cicli,
 Aurei Numeri, Epacte, Inditionis, Bi-
 sexti, locorum Solis, & Luna, sine Ta-
 bulis & dicitur computus maior.*

ET ex hac scientia prouenit nobis co-
 gnitio omnium horum facilis: iam enim
 scis